

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Concordia cum Christo, & discordia cum Christiano, simul esse non  
possunt. tit. 201

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

nē &c Augustinus Episto. 164. Non negamus vos nō habere sacramenta, sed hoc tantum rogamus, admodum natus, deploramus quod utrilibet non habeatis, de rāte schismate. Nihil prodest quid habere, nisi iustus & utrilibet possideatur, &c. Exploratores terrae sunt, qui populum debebāt confortare, auertebant ipsum, Numer 14. Sic faciunt solicitatores à Catholicis unitate ad hanc separationem. Ad unitatem nemo respicit. Augustinus Epistola 156. Si angelus de celo veniret & diceret, suscipe partes Donati, anathema esset,

**CONCORDIA CUM CHRISTO**  
*& discordia cum Christiano, simul  
 esse non possunt.*

**TITVLVS CCI.**

**M**VLT I dicunt, habeo Christum, credo in Christum, ideo saluus ero & iustus, non curo Papam, Ecclesiam, unitatem, &c. At Augustinus sermone 167, inquit Non potest concordiam cum Christo habere, qui discors est cu fratre Christiano, sicut & scriptura dicit, 1. Ioan. 4. Si quis dixerit Diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratre suum, quem quotidiē cernit ante oculos, Deum quem nō videt, quomodo potest diligere: Dicitur enim proverbio: Si euanescis ex oculis, etiā ex corde statim euanesces. Obliviscitur, quod oculis subtrahitur. Et hoc mandatum habemus à Deo, inquit Ioannes, vt qui diligit Deum, & vult habere Christum, saluus & iustus esse, vt quoque diligit & in unitate existat cum fratre. Concordiam esse in Christum &c. & tamen discordiam secticam cum propria-

mo habere, non se compatiuntur, Ideò omnis gloriatio schismatistarum, quia habent Christum, quia credunt &c. falsa est, Deficit enim unitas & concordia ex Ecclesia catholica & proximo Christiano, i. Ioā. 3.

Secundò, Christus inquit Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Qui ergo vult esse filius Dei, & concordare & habere Christum, ut inquit Augustinus sermone 169. oportet eum esse pacificus, Hęc pax & concordia facit filium Dei, Fides sine charitatis pace & unitate nihil prodest, i. Corinth. 13. Ergo filii, & hæredes Dei esse volumus, Romano. filios pacis & unitatis esse oportet. Qui ergo in pacis unitate non sunt, sed seipso segregant, non sunt filii Dei: Si non sunt filii Dei, ergo nec hæredes regni. Glorietur ergo schismaticus quantum velit, si huius tamen Dei non est.

Tertiò, Augustinus vbi suprà: Hoc vos delectet semper ponderare, quod Christus recessurus ab Apostolis, inquit Ioan. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis i. in pace vos dimitto, in pace & vos rediundo inueniā. Hoc dedit omnibus Christianis, id est, pacem à peccatis, morte, satana. Hoc reliquit omnibus, id est, pacem, & charitatem, Ioann. 13. In hoc cognolescent omnes, quod mei discipuli eritis, si pacem & dilectionem habueritis. Pacem ergo atque dilectionē præcepit Ioā. 15. Hoc est præceptum &c. Talē quoque pacem & unitatem, rediens vel ad mortem aut iudicium, desiderat in omnibus inuenire. Quid ergo dicturus est ad sectarios rediens, quos non reperiet in pace & unitate Catholica? In pace, inquiet, vos dimisi, sed non in pacis unitate vos reperio. Discedite ergo à me operarij iniustitiae, Matthæ. 7. nec prophetia, nec miracula vestra proderunt vobis, &c.

Quartò, ad unitatem igitur & pacem redite, sicut inquit propheta: Inquire pacem, & illam persequere, Psal. 33. Nam amor & concordia ex Deo est: Odiū, discordia, & secta ex Diabolo est, i. Ioan. 4. Qui odit fratrem

472 SVMMA DOCTR. CHRIST.

fratrem suum, homicida est, scilicet, sui ipsius. Omnia illa quae laudantur in Ecclesia, ut inquit Augustinus tracta. 13. in Ioannem, Fides, sacramenta, sciencia, &c. nihil prosunt in schismaticis, quia concidunt unitatem, & charitatis tunicam lacerant, quantumque crucifixores scindere noluerunt, Ioan. 19. Non ergo concordant cum Christo, &cæt.

SEPARATIO A CORPORE  
Christi, maximè timenda est.

TITVLVS CCIL



VGVSTINV S tractatu 27. super Ioannem: Nihil enim formidare sic debet Christianus, quām separari à corpore Christi. Qui enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius: Si non est membrum eius, non vivificatur à spiritus sancto. Ut enim corpus vivit de anima, sic anima vivificatur à spiritu sancto. Vis igitur esse & habere spiritu sanctum est primum membrum corporis Christi. Manete, inquit Christus, in me, & ego in vobis, & iterum: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: id est, ille habebit vitam æternam. Multi accesserunt ad Christum, sed non manserunt in eo. Recedunt Capernaïtæ, Ioan. 6. à Christo, recedunt à fidei unitate Philosophus & Hermogenes, & omnes qui sunt in Asia, 2. Timoth. 1. Recessuros à fide quosdam in nouissimis diebus prædictit Paulus. 1. Timot. 4. id quodiam certimus impletum. Vbi Hierosolyma, Corinthus, Ephesus, Galatæ, tota Graecia, &cæt? Separarunt enim se à corpore Christi, id est, unitate Catholica. Et licet se presumant habere fidem Turcicam, & dicant quid illa sit vera, non credimus illis. Nam sola una fides est, Ephes. 4. Qui ergo separatur à corpore Christi, non habet spiritum sanctum, Iudæ 1. Et qui non habet spiritum Christi, hic non est eius. Roma. 8. Qui non est eius,